

rus rerum, tam rudis in notitia clara-  
rorum Virorum, quem fugiat, TE-  
met & in omni literarum genere  
versatisimum esse, & earum culto-  
ribus optime cupere. Evidem  
frustra essem, si egregia TUA in  
me fratremque meum, qui ad ædem  
B. Mariæ sacra procurat, merita  
multis verbis prædicarem. Fa-  
ciant, quibus blanditiis in proce-  
rum gratiam irreperere solenne est.  
Silentium tamen mihi imperare ne-  
queo, quo minus testatum faciam,  
non paucas accessiones ex instru-  
etissima bibliotheca TÜA, quæ  
præstantissimos historiæ Germani-